



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. An Clericus propter ægritudinem, aut mutilationem amittat beneficium suum, vel saltem fructus illius, & quando ei dari possit, vel debeat Coadjutor?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

gravetur sepius, si vi precum illarum jam unam personam accipere debuit. Vide plura de his precibus apud Auctorem

Methodi hoc & sequenti §. vel apud Ioan. Cochier in peculiari tractatu de Precibus his Primariis.

## TITVLVS VI.

## DE CLERICO AGROTANTE VEL DEBILITATO.

## §. I.

An Clericus propter agritudinem, aut mutilationem amittat beneficium suum, vel saltem fructus illius, & quando ei dari possit, vel debeat Coadjutor?

**I**Ne. Cum percussio 1. & in c. Presbyterum 2. h. t. statuit Pontifex, quod Clericus beneficiatus, si infirmitate aut mutilatione impediatur, quominus Ecclesie seruiat personaliter, & officium suum præstet, non tantum non amittat beneficium suum, sed ad omnes fructus integrè percipiendos pro seruiente haberi debeat, ne idonei Ministri non reperiuntur, qui Ecclesie seruire velint, si fructibus beneficii carere debeant, ex tali miseria impediti, quominus seruitia sua actu præstent; & ut ne afflictio addatur afflictio cum præiudicio Ecclesie: ob quas rationes taliter etiam impeditus infirmus, aut mutilatus gaudere potest distributionibus quotidianis (iuxta c. vni. de Clericis non resi. in 6. de quo etiam supra Tit. 4. Sect. 2.) & à sui beneficii administratione removendus non est, quamvis Altari deservire, aut in Ecclesia comparere, sine magno scandalo (eo

quod Leprà v. g. aut alio morbo contagioso, & horrido infectus sit) non possit; quo in casu tamen per Coadjutorem ipsi datum, cui ex redditibus beneficii congrua portio assignetur, iuvare debet, qui curam animarum actu habeat, & alia spiritualia officia exerceat; nisi propter suæ infirmitatis gravitatem inhabilis etiam videretur ad beneficii sui administrationem temporalem, quo in casu alius illi in administrationis etiam officio substitui potest, congruâ sustentationis portione, ex redditibus Ecclesie, infirmo beneficiato assignatâ, quod solum vult c. Tuanor 4. h. t. Quod si tamen redditus beneficii pro utriusque, Rectoris scilicet infirmi, & Coadjutoris sustentatione non sufficiant, probabilius est iuxta c. De Rectoribus 3. h. t. quod ex redditibus Ecclesie talis, sive beneficii, providendum sit Rectori, seu Beneficiato infirmo, Coadjutori verò ab Episcopo per Parochianos, vel aliunde subveniendum.

Eodem modo, & eisdem ex causis, nec Episcopus à suo Episcopatu, aut inferior Prælatus à suo beneficio amoveri potest, propter infirmitatem, sed Coadjutor eis, si suo officio, aut administrationi fa-



tificere non possint, juxta dicta dandus est. (c. Ex parte 5. & c. Consultationibus 6. h. t.) qui & ipse sustentationem suam congruam ex redditibus talis Ecclesie, cui Coadjutor datus est, habeat, & non minus ad residentiam personalem obligatus sit, quam ipse principalis. De quo tamen Coadjutore sit

## §. II.

*Quis assignare, seu dare possit Coadjutorem; & quomodo, ac qualis dari debeat?*

Quamvis solius Papae sit Coadjutorem dare Episcopis, & his superioribus Prælatibus, cum inter causas majores numeretur Coadjutoris datio, concedit tamen etiam Papa in c. Pastoralis h. t. in 6. ne Ecclesie, ab utroque præsertim remotæ, detrimentum patiantur, ut Episcopus, senio vel perpetuo impedimento impeditus, qui pastorale officium exercere non potest, cum consensu sui Capituli, unum vel duos Coadjutores, auctoritate Apostolicâ, assumere possit, vel si amens sit Episcopus, Capitulum, aut duæ illius partes, unum, aut duos, auctoritate Apostolicâ, designare possit, qui officium Episcopi, tam quoad temporalia, quam quoad spiritualia, si ad utrumque inutilis est, exerceant, vel certe si nolit in priore casu Coadjutorem assumere Episcopus, eum quidem, invito, Capitulum non obtunderet, de toto tamen negotio moneat Pontificem, & quod ab ea Sede ordinatum fuerit, humiliter, & efficaciter impleat; aliis vero Prælatibus, aut Rectoribus Ecclesiarum, Episcopo inferioribus, sicut & Parochis, si officio suo præesse nequeant, Episcopus da-

re potest Coadjutores, cum penitus sit beneficiati etiam destituito.

Debet autem Coadjutor dandi Coadjutoricus esse, (cum Laici non sint habiles ad spirituales administrationes) & non solum, tam ratione prudentiæ ad Ecclesiasticarum administrationem, pro bonorum administratione Coadjutor detur, quam ratione scientiarum, si ad spirituales curam Coadjutor detur; & ejus ætatis, quæ requiritur in tali beneficio.

## §. III.

*Quæ sit potestas, sive officium Coadjutoris, & quando expirat*

Officium autem dati Coadjutoris, cui datur Coadjutor ob infirmitatem senium, & simul Ecclesie, seu populi, c. Ex parte 5. h. t. si datus sit temporarius Coadjutor; vel saltem curam rerum temporalium, si ad hæc curam datus sit Coadjutor, ita tamen, ut non nare aliquid de bonis immobilibus Ecclesie, aut mobilibus pretiosis, quæ vendendo servari possunt, non possit; & possit beneficia conferre, quorum datio ad Prælatum, cui datus est Coadjutor pertinet, sine consilio hujus, sanæ mentis hic non facit, & ad conferenda beneficia inutilis,

Expirat autem illius officium, si quidem morte dantis Coadjutorem, si morte illius, vel depositione, aut reprobatione, cui datus est Coadjutor; & si enim officium administratoris dantis, legitimus administrator, (successor) fuerit illius, cui datus est Coadjutor, non veniat, nisi fuerit ipse Coadjutor dantis